

habe. Vorige Woche habe ein Buchner bekannter königlicher Kammerherr – ein Mann von höchster Abstammung und ungewöhnlicher Bildung, dessen Namen Buchner verschweige, – ihm zum Beweis für die Absicht des Königs erzählt, wie Gustav Adolf im Traum am 21. Juni Magdeburg angegriffen und nach dem Aufwachen sich an seinem gezogenen Schwert gestoßen habe. – Buchner habe den Kupferstich gesehen, auf dem Opitz ausreichend gut getroffen sei. Er wolle ihn aber aus Opitz' Hand empfangen, der für ihn auch ein zweites Exemplar kolorieren lassen solle. – Opitz möge auch an das denken, worum er ihn jüngst gebeten habe.

Q FB Gotha: Chart. A 473, Bl. 80r–81v; eigenh., Sig.; 80r: Briefnummer „XXXIIX“ und Eintrag v. unbek. zeitgenöss. H.: „Anno 31. 3 Julji“. Veröffentlicht in: *Jaski*, 112–117, Nr. XXXIIX; *Buchner (1679)* I, 25–28, Nr. IX (zit. Bu 1679; HAB: Li 1020); *Buchner (1680)* I, 21–24, Nr. IX (zit. Bu 1680; HAB: Li 1021); *Buchner (1689)* I, 21–24, Nr. IX (zit. Bu 1689; SBPK Berlin: 337103; HAB: X Film 38); *Buchner (1692)* I, 16–18, Nr. IX (zit. Bu 1692; HAB: P 1984 Helmst. 8°); *Buchner (1697)* I, 16–18, Nr. IX (zit. Bu 1697; SuStB Augsburg: NL 197); *Buchner (1700)* I, 16–18, Nr. IX (zit. Bu 1700; SUB Göttingen: 8° Poet. lat. rec. II, 3359; HAB: X Film 37 [3]); *Buchner (1707)*, 16–18, Nr. IX (zit. Bu 1707; HAB: Li 1022); *Buchner (1720)*, 16–18, Nr. IX (zit. Bu 1720; HAB: Li 1023). – *Opitz-Briefepertorium*, Nr. 161.

Inhaltsangabe in *Bu 1707* und *Bu 1720*: Incipit epistolam excusatione silentii sui. Tum pro misso sibi opere Grotiano agit gratias, quod cum interpretatione Opitii extollit, probatque notas editioni novæ addendas. Dehinc aliorum scripta recenset. Refert etiam Seusium obiisse. Atque hac occasione tristem rerum faciem depingit, narrando simul, quæ tunc acciderint. Somnium inprimis Regis Suediæ gladiumque adducit. Sub finem de imagine Opitii rursus loquitur.

A Nobil. atque Clariss^o Viro Dn^o MARTINO OPITIO DE BOBERFELDA &c. Fratri Coniuncti^o. Breßlau bey herren David Müllern Buchführern einzugeben^a

S. P.

Post Lipsienses nundinas proximas¹ nihil â te literarum vidi, Frater: nec ipse ad te quicquam dedi, quod pudet^b fateri. Sed accidit ferè, ut cum occasio scribendi esset, ego negotijs alijs et^c occupationibus distinerer quam maximè; et quando vacarem nonnihil, tum nullj essent, qui perferrent. Quamquam *autem* neque nunc quidem ullâ^d aliâ re minus quam otio abundo, tamen hoc præverti ceteris rebus omnibus decuit, ut ad officium redirem. Ne, si tacerem diutius,² secus de nobis, quam par erat, suspicari posses. Grotianum opus,³ dici non potest, quam delectarit me ac ceperit^e. Quas tibi solvemus grates, tum quod donare nos voluistj istoc^f munere; tum quod laborem interpretandj⁴ egregium scriptum in te suscepisti? Nam uti industriam tuam^g non satis possumus laudare, ita dexteritas interpretationis admirationem^h pene ipsam excedit. De Notis, quas te secundæ Editioni additurum promittis, laudo propositum.⁵ Egregiè *enim* de publico mereberis, nam quotusquisqueⁱ satis intelligat, quæ ex intimis humanæ^j pariter et divinæ sapientiæ thesauris ibi depromta^k sunt? Quod si iuvare tuam diligentiam studiumque potero, non deero certè. De tuis Latinis Poematis⁶ nos omnes insigniter fefellit Schleichius.¹⁷ Quod mihi perquam ægrè fuit; credò et alijs, quibus Musæ non sordent. Hubnerus primam Hebdomada Bartassianam nunc